

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 18: De contemplatione (2)

Gregorius:

Qui a terrenis actibus liber est,

que dei sunt cogitare libere potest.

Qui ad arcem contemplationis venire desiderat,  
prius necesse est ut in campo actionis se exerceat.

Tunc pennae uirtutum sub firmamento rectae sunt,  
quando bonum quod alter habet, hoc alteri impendit,  
ut qui terrenam substantiam accepit,  
indigentis proximi inopiam subleuet; qui doctrinae gratia plenus est,  
ignorantis proximi tenebras uerbo suae praedicationis illustret;  
qui temporali potestate subnixus est, oppressos a uiolentiis releuet;  
qui prophetiae spiritu plenus est, a uita proximi mala imminetia,  
bona suadendo, declinet; qui gratiam curationis accepit,  
intercessione sua saluti infirmantium pie et humiliter impendat;  
qui, a terrenis actibus liber,  
soli Deo uacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 1.7.21  
(CCSL 142, M. Adriaen ed., pp.96-7, ll.446-456).

[fons nondum repertus]

**Praeterea.** Vita activa introducit ad contemplativam.  
Unde Gregorius:  
Qui ad arcem contemplationis ascendere desiderat,  
prius necesse est ut in campo actionis se exerceat.

Thomas de Aquino, *Scriptum super sententiis*, 3.35.1.3.3.3 (M.F. Moos ed.,  
vol.3, p.1182).